



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Libellvs Fidei Ab Ario Et Evzoio Oblatvs Imperatori Constantino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

NVS
ent, cum-
clesiam &
pebar, ipsi
e dimislo,
, & Ale-
is ad vitam
io apol. 2.
huc trans-
xi episcopi
ander anti-
persecutio-
adfuerint;
siusque re-
lulum quam
n ab ortho-
erunt. Hoc
os affirmare
damnauit:
n, quantum
ntes & fa-
dicatione,
rint, Arii-
os esse sta-
ffissent, ali-
ua verbum
ulenter o-
trariam &
n ecclesias
.hoc Con-
que Nicæ-
rit ideo fa-
tio hic de-
o 335. num.
vrbni nimi-
auerat, hac
posset, vt
ni eudem
Athanaio
concitante,
io de Syno-
opolitanum
s Arius Hie-
esse, sed tum
polim profe-
ctis, Atha-

SILVESTER HIEROSOLYMITANVM. CONSTANTINVS IMP. 543

ANNO
CHRISTI
335.

natus non auditus, imperatoris sententia relegatus fuit. De causa Marcelli episcopi Ancyran in Galatia, & Asterii Cappadocis, quam Socrates lib. 1. cap. 24. hoc Conuentu tractatam, & in Concilio Constantinopolitano repetitam fuisse scribit, ibidem agemus.

^d Anno 335.] Eusebius prædicto loco ait: *Nicenus triumphi nomine vicesimo imperii anno constitutus in urbe Nicæavnum, id est, praecellram de hostibus victoriam reportabat: hic vero Hierosolymitanus tricesimum eius imperii annum (qui est Christi nati 335. vel 336.) decolorabat, &c.*

Quo tem-
pore habi-
tum fuerit.

EPISTOLA CONSTANTINI HONORIFICE ARIVM AD SE ACCERSENTIS.

I AMDV DVM tuæ grauitati significatum est, vt ad mea castra venires, quo posses nostro aspectu frui: vnde vix satis mirari possumus, cur hoc abs te non exemplo factum fuerit. Iam igitur publico curru consenso, nostra castra adire propera, vt nostram benignitatem & studium erga te expertus, in patriam redire queas. Deus te conferuet, carissime. Data ad quintum Kalendas Decembris.

LIBELLVS FIDEI AB AARIO ET EVZOIO OBLATVS IMPERATORI CONSTANTINO.

*Religiosissimo sanctissimoque domino nostro imperatori Constantino
Arius & Euzeios.*

N os quidem, sicut singularis tua erga Deum pietas, domine imperator, in mandatis dedit, fidem nostram scriptis prodidimus, & de Deo cum ipsi, tum certi qui nobiscum sunt, ita credere confitemur, vt sequitur:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, & in Dominum Iesum Christum Filium eius, ex ipso ante omnia secula genitum Deum Verbum, per quem omnia facta sunt, tum quæ in cælis, tum quæ in terris: qui descendit, & incarnatus est, & passus est, & resurrexit, & ascendit ad cælos, & iterum venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. In carnis resurrectionem. In vitam venturi seculi. In regnum cælorum. In unam catholicam ecclesiam Dei, ab una orbis

terrarum ora ad alteram usque se porrigitem.

Hanc fidem a sacro sanctis euangelis accepimus, ipso
Matth. 28. Domino suis discipulis dicente: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Si vero ista non credimus, sicut vniuersa catholica ecclesia & scripturae docent, quibus quidem omnino fidem adhibemus; iudex noster Deus sit in praesentia, & in futuro iudicio. Quapropter tuam pietatem obsecramus, imperator sanctissime, ut quoniam viri ecclesiastici sumus, & sensum tum ecclesie, tum sacrarum literarum tenemus, nos pro tua sanctimonia, quae & pacem conciliat, & Deum auguste veneratur, controversiis omnibus & inanibus argutis sublatis, matri nostrae ecclesiae scilicet adiungas: vti & nos & ecclesia tranquille vitam degentes, inter nos mutuo pro pacato & pio regni tui statu, & pro vniuerso hominum genere omnes communiter consuetas preces peragamus.

EPISTOLA SYNODALIS DE REBUS IN SYNODO GESTIS.

Sancta Synodus Hierosolymis coacta, ecclesiae Dei quae est Alexandriae, & per AEgyptum, Thebaida, Libyam, Pentapolim, reliquisque per orbem episcopis, presbyteris, & diaconis in Domino salutem.

OMNIBVS nobis ex diuersis prouinciis in vnum congregatis ad panegyrin celebrandam pro dedicacione martyrii Saluatoris, quod religiosissimus imperator Deo omnium regi & Christo eius aedificauit; maiorem nobis animorum letitiam, Dei gratia, literae eiusdem religiosissimi imperatoris praebuerunt; quibus nos ad ea quae oportuit instigans omnem inuidiam ab ecclesia Dei expellit, & omne odium procul abigit, per quae Christi membra iampridem dissidebant; auctorique fuit, vt simplici & placido animo reciperemus Arianos, quos aliquamdiu improba inuidentia extra ecclesiam detinuit, & viris istis de rectitudine fidei in literis suis testimonium praebet, quam cum antea fama audiuerat, ipse eamdem ex viua eorum voce cognouit, cognitamque approbavit; eamque rem nobis manifestam reddidit: eo quod literis